



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis, viri
eruditissimi atque sanctissimi, Sermones In Evangelia De
Dominicis & festis aliquot solemnioribus totius anni,
insignes & peruetusti**

Petrus <Chrysologus>

Lvgdvni, 1623

De eisdem, Sermo CLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50232)

finxerat, vt sæuicet. Sed magi vbi Iudaicæ perfidiæ nubila transferunt: & in Christianæ fidei sereno reuident, quam viderant stellam, ipsa præuia, ipsa duce, ad ortus dominici locum sacratissimum peruenerunt. *Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, Aurum, Thus, & Myrrham.* Aurum Regi, Thus Deo, morturo Myrrham, dominicæ deuotioni offerunt, scientiæ thesauros maximos in posterum credituris, sic ad sua per innocentia viam redeunt, qui iter Herodiana fraudis calcauerunt in ruinam.

De eisdem, Sermo C L I X.

ANte hos dies, id est, diem octauum Calendarum huius, quo crescere dies cœpit: quia dies verus illuxit, in carne natum dominum Christum Iesum in Euangelio scriptum facile recolunt, qui legunt, vel qui aurem legentibus præbuerunt. Israelitici pastores super gregem suum vigilantes angelis nunciantibus cognouerunt: hodie in eadem carne manifestatum gentiles magi curiosa sectantes signis indicantibus inuenerunt: illis ortum domini & natiuitatis annuncians locuta est vox spiritualium ministrorum, istis stella tanquam lingua cœlorum. Dicunt illi ad quos sapius Prophetæ missi fuerant. *Trãseamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est ad nos: dicunt isti quibus nullus vnquam locutus fuerat Prophetarum, & sciscitantes interrogant: Vbi est qui natus est Rex Iudaorum? Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adrare eum.* Accedunt ergo illi de proximo, hi veniunt de longinquo, vtrique tamen ad vnum, eundemque fidei locum, quia deuotione conueniunt: ibique Regem Christum appositum ante duo Prophetica iumenta, duorum videlicet populorum, typum, figuramque gestantia

Luce. 1.

Matth. 2.

stantia intuentur, admirantur, agnoscunt. Agnouit *Esa. 1.*
 enim bos possessorem suum, & asinus præsepe domini
 sui. Agnouit enim bos Iudæus iugo legis excusso:
 agnouit & asinus paganus stultitiæ teritate deposita:
 ille deserens superfluum observationis laborem, hic
 relinquens vagum superstitionis errorem. Uterque a-
 gnouit, quia uterque ad vnum præsepe domini epu-
 laturus accessit, epulaturus non fœnum mortis, sed
 cibum salutis. Edite, edite pia animalia aternæ vitæ
 cibaria: & perpetuæ retributionis escam avidis quan-
 tum potestis faucibus occupate, non diidentes in
 frustra, sed integrum, solidumque sumentes. Non po-
 test enim edi Christus, & diuidi: integer à credentibus
 sumitur: integer in ore cordis recipitur. Verbum e-
 nim caro factum est, & habitauit in nobis: habitauit,
 ex quo vterum Virginis dignanter impleuit. *Obtulerunt Ioan. 1.*
 illi, ut scriptum est, *Aurum, Thus, & Myrrham.* Nos fi-
 dei Thus longinquæ regionis, nos proximæ confes-
 sionis Myrrham boni odoris, nos suaueolentia dona
 charitatis: tria namque ista offerimus, quando Chri-
 stum, & regem, & dominum, & hominem confite-
 mur: sed in Spiritu & veritate adoremus. Christum,
 si ei munera fidei & confessionis obtulimus: & nos
 sicut illi magi qui sunt fidei nostræ duces, crudelita-
 tisque principes, commoniti in somnis, id est, in hac
 vita, quæ somno est similis, illuso Herode Rege, id
 est, diabolo huius mundi Principe, per aliam viam,
 id est, per alteram vitam, ad illam nostram patriam re-
 uertamur, de qua per Adam eiectione in fœliciter sumus,
 per Christum vero misericorditer nunc reducti.

De eisdem, Sermo CLX.

Quamuis in ipso dominicæ incarnationis sa-
 cramento affuerint clara semper diuinitatis
 insignia: